



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel  
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt IX. (a) Gregorius VIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](#)

in Ecclesia non legi, ob rationem supra addu- aut Presbytero, ut eo finito illi sacram Scriptu-  
ctam, & ibi recitari debere praetente Episcopo, ram exponerent.

## CAPUT IX.

(a) Gregorius VIII.

**Q**uoniam, ut ait Scriptura, prouisus est sensus hominis ad malum ab (b) adolescen-  
tia sua, sicut ex sensualitate caro vergit in culparum, ita vigore spiritus proce-  
dente, & subsequente divinâ (c) gratiâ, animus nisi debet ad veniam, & remedia sem-  
per inquirere, quibus irruentes occasions mortis valeat declinare. Inde siquidem  
est, quod intelligentes multa ex defectu proprio, multa ex aliena malitia in vestris  
Ecclesiis pervenisse, quæ aut delictum in se, aut occasionem habeant delinquen-  
di; per auctoritatem Apostolicae Sedis, cui ex dispositione Domini servimus, prout  
datur ab eo, decernimus obviandum, & auctoritatem in vobis Episcopalis  
officii ad resecañda nociva in subditis vestris, & inserenda utilia, scriptis Apostoli-  
cis munierandam, recolentes, quod in veteri lege præcepit Dominus dicens: Ignis  
in altari (emper (d)) ardebit, quem nutrit Sacerdos, subiecens mane ligna per singu-  
los dies. Statuimus, ut facultatibus Ecclesiarum vestrum, atque proventibus, &  
expensis etiam diligenter inspectis, certum in eis valeatis imponere (e) numerum  
(f) clericorum; & statuere, ut bona corum veniant in communione, & in una domo  
vescantur, atque sub uno teatro dormiant, & (g) quietant. Si vero contradictores ex-  
titerint, licet vobis sit per suspicitionem officii & beneficii, aut graviori etiam  
pena, si opus fuerit, ad hanc observantiam eos appellatione compellere non ob-  
stante. Indulgemus etiam, ut si quisquam eorum, qui simul vivunt, pro manus  
(h) injectione in solum à communione meruerit fieri alienus, reconciliandi eum,  
& penitentiam imponendi potestatem plenariam habeatis, nisi forte (i) atrocitas  
facti penam graviorem expectet. Quod etiam de mulieribus, & his qui præfeneretur,  
vel infirmitate præsentiam nostram adire non possunt, volumus observari, nul-  
lum præjudicium constitutione ecclesiasticæ, aut successoribus nostris afferentes,  
quominus super his, qui rectius viderint, valeant ordinare.

## NOTÆ.

(a) *Gregorius VIII.*] Ita legitur in prima collec-  
tione, sub hoc tit. cap. 10. & recte; nam  
cum Gregorius VII. integro laculo præcessit  
Alexandrum III. auctorem textus antecedentis,  
vixit enim circa annum 1080, non poterat jux-  
ta rectam temporum seriem in hac collectione  
observatam post Alexandrum III. compilari  
Gregorii VH. epistola. Ex eadem ratione non  
debet tribui hac Decretalibus Gregorio IX. ut  
voluit Panormit. his in principio; qua cum  
textus sequentes sint Innocentii III. qui floruit  
ante Gregorium, non poterat compilari Gre-  
gorii IX. decretalis ante constitutiones Innocen-  
tii: quare semper ultimo in loco referri à Ray-  
mundo constitutiones Gregorii IX. jam notavi in  
cap. final. de const. Legendum igitur est, Grego-  
rius VIII. ut habet in prima collectione, ex  
qua etiam textum hunc refutatio, Gregorius VIII.  
antea Alberus de Mora dictus, patria Beneven-  
tanus, monachus Sancti Benedicti, creatus fuit  
Pontifex anno 1187. die 21. Octobris, & scri-  
psit varias epistolæ, ut refert Ludovicus à San-  
to Carolo in Bibliotheca Pontificia, verbo  
*Gregorius VIII.*

(b) *Ab adolescentia.*] Verba sunt Genes. cap.  
8. vers. 21. Proverbiorum cap. 30. & refertur in  
cap. 1. 12. queat. 1.

(c) *Divina gratia.*] Absque quæ nihil potest  
humana fragilis, ut diffinitum est in Concilio  
Tridentino iess. 6. de justific. cap. 5.

(d) *Semper ardebit.*] Verba sunt Levitici cap.  
6. quibus docete intendit Gregorius charitatis  
ignem inter Canonicos tanquam confrates per  
bonorum omnium, vita que communionem in  
corde tanquam in altari ardore debere.

(e) *Numerum.*] Tantum enim numerus illæ  
clericorum in Ecclesiæ esse debet, qui possit  
juxta facultates Ecclesiæ commode sustentari,  
cap. 1. cap. 3. de inst. cap. unic. §. sané, de sta-  
tu regul. in 6. Trident. iess. 25. de regul. cap. 4.  
ibi: In monasteriis, & dominibus, tam virorum,  
quam mulierum, bona immobilia possidentibus,  
et tantum numerus constitutatur, ac in posterum  
conseruator, qui vel ex redditu propriis mona-  
steriorum, vel ex consuetuo elemosynis commode pos-  
sint sustentari. Concil. Cloveshovia can. 28. ibi:  
Ut nemo sumpia maiorem congregationem, quam  
sustentare possit, & eis necessaria præstare. Illustrant  
Sanchez lib. 7. fam. 2. cap. 23. Solorzanius tom. 2.  
de jure Indiar. lib. 3. cap. 5. num. 31. latè dicemus  
in cap. 1. de inst.

(f) *Clericorum.*] Secularium videlicet, non  
regularium, ut vult Gloria in præsenti; nam ut  
bene notavit Immola in præsente, num. 9. præsens  
textus agit de Praelatis secularibus, non regu-  
laribus; siquidem injungit Episcopis, ut cu-  
rent bona Clericorum communia fieri, cum re-  
gulares nihil possident, quod in commune re-  
digere posset: quare rectius textum hunc de cano-  
nicis secularibus accepit Boëius Epon. tom. 2.  
99. heretic. in præsenti, nec bene Lotherius lib. 1.  
de re benefic. cap. 14. num. 44. dum docet Episco-  
pus

pum non posse erigere Ecclesiam Parochialem in Collegiam, accipit Gregorius in praesenti de Ecclesia Canonicorum Regularium jam constructa, in regularemore erecta; mens enim & sententia Gregorii est, ut universi Episcopi, tam Occidentales, quam Orientales indicerent clericis propriis sua Ecclesiæ, ut intra claustra in communis dormitorio, & refectorio viverent, ut illis seculis ferè in omnibus provinciis catholicis motis erat; siquidem cum Episcopo proprio Canonici vitam regularem agebant, ut late referatur Cochier in fac. hist. cent. 2. cap. 22. Landmer. lib. 2. de veteri clero, cap. 56, in fine, Pennotus lib. 2. hist. canonice, reg. per iustum.

(g) *Dormiant & quiescant.*] Ut essent clerici in Ecclesiis suis affidi, & debitis temporibus divinae celebrarent officia, ac horas canonicas persolverent, institutum fuit jam prioribus Ecclesiæ leculs, ut Canonici communem vitam sub eodem recto pergerent, ac intra claustra degarent in eodem refectorio, cap. 1. 2. & 3. 12. q. 1. Synodus Turoensis cap. 23. ibi: *Canonici & Clerici civitatum, qui in Episcopis convergantur, consideramus ut in claustris habitantes simul omnes in uno dormitorio dormiant, simulque in uno refectorio refectorio, quo faciliter possint ad horas canonicas celebrandas accurrere, ac de vita, & conversione iùs admoneri & doceri: vixit, & vestimentum juxta facultatem Episcops accipiunt, ne pauperibus occasione compulsi per diversa vapari, ac turpibus se implicant negotios cogantur.* Concil. Mogunt. sub Carolo cap. 4. ibi: *In unanimoque Episcopatu simili mandant & dormiant, ubi in facultate faciendi suppedit; vel quia in rebus ecclesiasticis suspendunt, in suo claustro maneat, & singulis diebus mane prima hora ad lectioem veniant, & audiante quidevis imperetur; ad manus verò similiter lectioem audiant.* Synodus ibi.

dus Aquisgran. can. 3. & 125. illique Canonici regulam D. Benedicti, vel D. Augustini frequentius servabant, ut probat Pennotus d. lib. 2. per iustum. Eorum vita describitur lib. 5. caput. cap. 115. his verbis: *la omibus, quanum humana permittit fragilitas, devenimus, in Canonici clericis canonice vivant, observantes divinæ Scripturæ doctrinam, & documenta sanctorum Patrum, nihil sine licetia Episcopi sui, vel magistri eorum compositæ agere presumant.* In eis etiam clausura servabatur. Synodus Aquisgran. can. 124. ubi egressum sine licentia, moram ultra tempus prescriptum, discursum per plateas, aut bivias, inter clericorum culpas refert. S. Balduinus in constit. canonice ait: *Si quis præterquam ubi necessarii usus postulat, extra egreditur, & temere divagatur, segregator.* Concil. Carthagin. 4. can. 47. ibi: *Clericus per plateas, vel andronas, nisi certa, & maxima officijs necessitate non ambulet.* Facit textus in cap. necessaria 12. q. 1. Illustrat Landmer. dicta lib. 2. cap. 106. & in Hispania nostra ferè omnes Ecclesiæ Cathedrales. Im fuisse Canonicum regularium probat Pennotus ubi suprà. Copiens igitur Gregorius VIII. ut Canonici hanc profiterentur vivendi normam, scribit in praesenti universis Episcopis, ut penitatis facultatibus propriæ Ecclesiæ, clericos in eis instituant, qui communem vitam teneant, simul dormiant, & quietant.

(h) *Manus injectione.*] Hæc verba expomuntur in cap. monachis, defensione excommunicati.

(i) *Atrocius.*] Quo casu non censetur absolutione à dicta censura Episcopo concessa, cap. canonica, defensione excommunicati. & merito, quia etiam iure civili quoties atrocitas facti aderat, superior audeundus erat, l. si quid erit, ff. de officio Proconsul. l. 2. 3. l. 4. l. 1. ff. de officio Prefect. vi. gl. l. 1. l. 2. ff. de suspect. tutor. notavit Cujae eius ibi.

## CAPUT X.

### Innocentius III. Prelatis & Clericis (a) Lombardia.

Cum ab omni specie mala præcipiat (b) Apostolus abstinere, nos (qui sicut indigni) constituti sumus à Deo super gentes, & regna, ut juxta verbum propheticum, evellamus & destruamus, adificemus & plantemus; summoperè debemus satagere, quatenus evellamus virtutem & plantemus virtutes, destruamus iniqua & adificemus honesta; sicutque nostra sollicitudine mediante, prava transirent in directa, & aspera convertantur in plana. Licet autem hujus nostræ sollicitudinis labor generaliter debeat ad omnes extendi, quia sapientibus sumus, & insipientibus debitorum; specialiter tamen ad clericos, qui dormire debent à vitiis, ut sint (c) pennæ columbae deargentatae, ne quid in illis appareat, quod offuscet candorem ecclesiastice puritatis. Sanè ad audientiam Apostolatus nostri multorum assertione perenit, quod cùm ex delegatione nostra causas suscipiatis pertractandas, more sacularium, super decimam (d) litis, vel parte alia, pro diversa terrarum consuetudine, præter expensas victualium, cum litigantibus receptis pignoribus pro salario convenit, quod postmodum usque ad solutionem pecuniae, nolentibus etiam partibus, contendit detinere. Nos attendentes quod ad hoc vobis, & aliis clericis sunt ecclesiastici redditus deputati, ut ex ipsis honestè vivere debeat, ne vos oporteat ad turpia lucra manus extendere, vel ad iniqua munera oculos inclinare. Cùm ergo opera vestra lucere debeat laicos in exemplum, nec vos deceat ad instar seculatum ad turpe compendium juris occasionem atripere, v. f. v. per A. l. m. atque